9.

Q. B. V.

DISPUTATIO THEOLOGICA SOLENNIS,
DE

# CHILIASMO,

ut vocant,

# SUBTILISSIMO,

Generatim examinato,
ſtrictimqve rejecto,

QVAM
PRÆSIDE
JO. GEORG. NEUMANNO,
SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. Alumnorum
Elector. Ephoro, & Acad. Bibliothecario,
PRO SUMMIS IN THEOLOGIA HONORIBUS,
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
CONSEQVENDIS,
Publico Examini ſubmittit
M. JO. GEORG. ROESERUS,
GYMNASII REGII STETINENS. RECTOR, ET PROF.
PUBL. PRIMARIUS,
IN AUDITORIO MAJORI,
*Ad Diem Julii, Anno Æ. C. cIↄ Iↄc XCIV.*
*Horis Ante- & Pomeridianis.*

WITTENBERGÆ, Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

diss. A
52

a. LXXXIII. 52.
32.

Sächs. Landes-bibl.

http://digital.slub-dresden.de/id434540633/2
SLUB Wir führen Wissen.
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG

# I. N. J.

## §. I.

QUi beatum in his terris Millennium hodie præſagiunt, editisque ſubinde Scriptis pertinaciter propugnant; veteris quidem Chiliaſmi ſuſpicionem à ſe longius removent, eoq; majorem quisque ſubtilitatis gloriam affectat, quo cautius loqui, pluribusque Scripturæ oraculis involvere dogmata ſua didicit: quæ vero, ubi ſuis denudentur larvis, pauloque propius inſpiciantur, haud alium, quam priſcum illum produnt errorem, ad quem vel data opera, ſtudioque, vel præter opinionem ac neſcii iterum relabuntur.

## §. II.

Quam enim variæ de hoc regno millenario ſparguntur ſententiæ; tam quoque impeditum ac difficile eſt, vel diſtinguere Chiliaſmum, vel definire. Pervulgata tamen diſtinctio eſt, nec ideo facile deſerenda, qua in *Craſſum*, *Subtiliorem*, ac *Subtiliſſimum* ille diſpeſcitur. Et *Craſſi* quidem nomine Cerin-

thianus ille ſive Judaicus notatur, qui I. Revelationem Divinam & colloquium Angelicum jactabat. II. Cultus Levitici, Legisque & Politiæ Moſaicæ reſtitutionem, III. Regnum per mille annos, oppreſſis impiis, duraturum, IV. Ventris & gutturis libidinem, aliasque vaniſſimarum rerum delicias credulis pollicebatur. Quod vel ex Euſebio, *L. III. H. E. c. 28. Lib. VII, c. 25.* & Hieronymo *Comment. in Ezech. XXXVI. p. 238.* liquido conſtat.

## §. III.

Ad *Subtilem* vero Papienſis, à Papia ſic dictus, Chiliaſmus pertinet, qui orthodoxis quibusdam Patribus impoſuit. Hi vero I. Traditione Apoſtolica nitebantur. Nam *ex male intellectis Apoſtolorum narrationibus, Papiam talia hauſiſſe, & plerisq; Eccleſiaſticis Scriptoribus ejusdem erroris occaſionem præbuiſſe, hominis vetuſtate ſententiam ſuam tuentibus*, Euſebius refert, *L. III. H. E. c. 39.* Hieronymus vero δευτερώσεις, *traditiones hominum* appellat, *Comm. in Ezech. XXXVI. p. 238.* II. Promiſſiones V. T. Propheticas ex Judæorum mente ad ſecularem felicitatem trahebant. Sic *Nepos Ægypti Epiſcopus Judaicum in morem hominibus ſanctis prolatas in divinis Scripturis promiſſiones retribuendas docet, ac mille annos corporalis victus ſuper hanc terram fore ſtatuit*, referente Timotheo Presbytero *de Recept. Hæret. p. 391.* Confutatus poſtea à Dionyſio Alexandrino Libris de Promiſſionibus divinis, uti ſcribit Euſeb. *L. VII. c. 24.* III. Mille annorum gaudium poſt reſurrectionem piis in urbe Hieroſolyma promittebant. *Ego vero*, inquit Juſtinus Martyr, *& qui recte per omnia ſentiunt Chriſtiani, & reſurrectionem carnis futuram ſcimus, & mille annos in urbe Hieroſolyma inſtaurata,*

exor-

*exornata & dilatata* &c. in Dialogo *p. 307.* IV. Voluptates & delicias non carnales, ſed ſpirituales intendebant, ut, pacem Eccleſiæ, quietem a tentationibus, perfectam juſtitiam & fidei orthodoxæ conformitatem. Hinc *refovendos ſanctos omnium bonorum utique ſpiritualium copia in compenſationem eorum, quæ in ſeculo, vel deſpeximus, vel amiſimus, a Deo proſpectam,* Tertulliani ſententia eſt *L. III. adv. Marcion. c. 24. p. 302. Hæc opinio eſſet utcunque tolerabilis,* Auguſtinus ait, *ſi aliquæ deliciæ ſpirituales in illo Sabbatho affuturæ ſanctis per Domini præſentiam crederentur: nam etiam nos hoc opinati fuimus aliquando,* De *Civit. DEI, Lib. XX. p. 545.* Tametſi vero ad corporis delicias aliquando reſpexerint Patres, ut Lactantius, aliique, non illicitas tamen illas & obſcœnas, ſed moderatas & Chriſtiano homine dignas indigitarunt. Vid. Lactant. *Lib. VII. c. 24. 26. cum Notis Servatii Gallæi, p. 696.* Quicquid vero hujus ſit, nunquam eandem per omnia ſententiam amplexi ſunt Patres, nec adeo acriter, nec publicis ſcriptis defenderunt. Cum enim ex orthodoxorum ſententia, tria maxime hæreſin conſtituant; ut error fidei fundamentum lædat, idemque in Eccleſia proponatur, & denique pertinaciter propugnetur; recte judicant noſtri: *Patres, ſi admoniti fuiſſent, multa correcturos fuiſſe. Intereſt enim, ſicut Auguſtinus inquit, quam facile quis corrigat, & quanta pertinacia ſuum errorem defendere conetur.* ut B. Chemnitius loquitur *Exam. Concil. Trid. p. 73.* Alii enim, ut Judæorum demulcerent cohortem, & in ſocietatem fidei pertraherent; alii, ne auctoritatem majorum ſuorum deſererent, adducti in hunc errorem ſunt; aliqui retractarunt ſententiam; vel certe aliis in locis ſeſe apertius explicarunt; quidam publicis Scriptis, ceu *Fabulam mille annorum* deriſerunt, & in

in Hæreticorum notarunt catalogis, quin & publico aliquando Concilio hoc dogma ſic rejecere, ut multorum deinceps ſeculorum intervallo in Eccleſia non fuerit auditum.

## §. IV.

Quanquam vero cum aliquot ſuperiorum temporum Sectis reductus in ſcenam Chiliaſticus error fuerit, varioque colore pictus; haud tamen alius nitidiori unquam facie proſpexit, quam, qui hodie Eccleſiæ obſtrepit, & *Subtiliſſimi* nomine efferri cœpit. Atque hic ipſe gemini viciſſim exempli eſt: alterum paulo apertius eſt, ut vel prima fronte ingenium auctoris prodat, alterum vero occultius, & cujus indolem difficilius aſſequaris.

## §. V.

Prioris dogmatis Auctor ille eſt, qui ab Egeria quadam Nympha illud, velut oraculum, prolatum teſtatur, adeoque I. immediata revelatione id ſuffulcit. V. *ejusd.* Sendſchreiben *cum ſpecie Facti.* Confidit etiam perinde ſe, ac Deum ipſum, futura prævidere poſſe. Gleich wie der neue Himmel und die neue Erde/ ſo du machen wirſt (O GOtt) für dir ſtehen/ nicht anders/ als wenn du ſie ſchon gemacht hätteſt/ alſo ſtehen auch/ wenn du mein Hertz erweiterſt/ und mich im Geiſt in die zukünfftigen Zeiten hinein ſetzeſt/ alle deine herzliche Werck und Wunder für meinen Augen gegenwärtig; Præfat. der Warheit des herzlichen Reichs *p. 9.* II. Chriſtum, qui inviſibili hactenus modo regnavit, ante ſupremum diem viſibili ſpecie appariturum: Vor den tauſend Jahren fähret Chriſtus mit der Poſaunen Gottes/ und mit

der

der Stimme des Ertz-Engels/ und mit einem Feld-Geſchrey herunter / die Seinigen / die durch den Creutz-Tod gegangen / zu bevorſtehender Mitregierung abzuholen. Warheit herrl. Reichs *p. 89.* Es iſt offenbahr / daß Chriſtus nach ſeiner menſchlichen Natur alle Gewalt im Himmel und auf Erden empfangen habe ; Aber dieſes geſchicht noch unſichtbarlich. Es kommet aber die Zeit / daß eben dieſelben Feinde / unter welchen er unſichtbahr geherrſchet / zum Schemmel ſeiner Füſſe ſollen geleget werden / *loc. cit. p. 29.* Daß er vor den Augen der gantzen Welt cum emphaſi dafür erkant wird. *l. cit. p. 98.* III. Diabolum catenis & vinculis coarctatum, præcipitaturum in Abyſſum. Biß hieher iſt der Teuffel loß geweſen / biß er endlich wird von dem ſtarcken Engel mit der tauſendjährigen Kette gebunden werden. *l. c. p. 31.* Vor den tauſend Jahren kömmt der Teuffel in den Abgrund / nach den tauſend Jahren aber in den feurigen Pful. *p. 94. 95. it. p. 89.* IV. Impios oppreſſurum & cruenta cæde deleturum: Die auferſtandenen Heiligen werden nach vorhergehender Vertilgung ihrer Feinde das Reich antreten / und tauſend Jahr mit Chriſto regieren/ *pag. 86.* Werden denn alle dieſe Feinde Chriſti durch die Erſcheinung ſeiner Zukunfft umbgebracht werden ? Ja. Im Bekäntniß von dem zukünfftigen Reiche/ *q. 41.* Wie vormahls zu Noæ Zeiten eine Sündfluth des Waſſers war/ alſo iſt jetzo eine Sündfluth des Bluts/ die biß an die Zäume der Pferde bey 1600. Feldweges gehet. Warheit herrl. Reichs/ *p. 36.* V. Quartam Monarchiam & omnes Poteſtates Impias contriturum. Dieſes (vierdte Reich) wird

wird nicht allein für ſeine Perſon / ſondern auch ſein gantzer Leib / die mit zu ihm gehören / und Mord-Geiſter geweſen ſeyn / ergriffen und mit Feuer verbrandt / ja es müſſen auch die andern Thiere / die als Thiere fleiſchlich und tyranniſch regieret haben / untergehen / und wie Spreu auf der Sommertennen / durch den Wind und Odem des Allmächtigen verwebet und zerſtäubet werden / *ib.p.34.* VI. Anti-Chriſtum & quicquid ejus nominis eſt, penitus proſtraturum: Welche werden denn gerichtet und vertilget werden? Das Thier und der falſche Prophet / und das gantze Antichriſtiſche Weſen. Bekänt. *q.38.* Tum vero VII. emiſſis denuo Apoſtolis, Evangelium per totum orbem annunciaturum: Was gehet in der Welt vorher / ehe dieſes Reich kömmt? Es wird vorher das Evangelium geprediget werden in der gantzen Welt / Matth. XXIV, 14. Wird Chriſtus darzu auch ſeine Boten ſenden / die ſolches in der gantzen Welt verkündigen? Ja. *loc. cit. qv.16.17.* VIII. Judæos omnesque gentes ad hoc regnum intromiſſurum. Aber ſolte es denn eine allgemeine Bekehrung der Juden ſeyn / und ſolten ſie alle in ihr Land wieder kom̃en? Ja. *ibidem:* Werden denn alle Völcker zu einem Volck dem Herrn Zebaoth verſam̃let / und ein Hirt und eine Heerde werden? Ja. *l.cit.q.73.76.* Aber ſolte das ſo univerſal und allgemein ſeyn / daß alle Völcker den Nahmen des HErrn werden anruffen? Ja. *q.78.* IX. Martyres alioſq; fideles pie defunctos reſuſcitaturum reſurrectione prima: relictis in morte impiis, usque ad reſurrectionem ſecundam, finito demum millennio futuram. Reliquos autem commu-

tatum

tatum iri tradit. Eine Auferſtehung iſt der Gerechten/ die von Johanne die Auferſtehung/ die da die erſte iſt/ genennet wird / da alle Gläubigen / in welchen Chriſtus gelebet / und die durch den Tod ins Leben hindurch gedrungen ſeyn / und die Heiligung vollendet haben in der Furcht Gottes / tauſend Jahr ehe als die andern Todten zum Leben auffſtehen / und von dem andern Tode ſchlechterdings frey geſprochen ſind. Warh. herrl. Reichs. *p. 100.* Wir können leicht gedencken/ wie es für GOtt billich und recht ſey / daß ſie (die Frommen) gantze tauſend Jahr ehe als die andern Todten und Ungläubigen mit ihren verfluchten Leibern aufwachen / *p. 103.* Die aber / ſo die Zukunfft des HErrn erleben / ſollen verwandelt werden/ *p. 82.* X. Si de Subjectis & civibus hujus regni quæras, non niſi pii, & ex carne ſanguineque Chriſti prognati erunt, & qui ſanctitatem habent conſummatam. Die ihre Heiligung vollendet haben in der Furcht Gottes / *p. 100.* Das ſind die herrlichen Subjecta ſeiner Auserwehlten / welche nicht allein für ſich die Salbung empfangen haben von dem/ der da heilig iſt/ ſondern auch ihre gute Salbe riechen / und ihr Licht leuchten laſſen über andre / daß endlich andre auch durch ſie erleuchtet werden / und von ihrer κοιλία, von ihrem inwendigen und herrlichen Leibe/ der gleichſam aus Chriſto gewachſen iſt/ als von deſſen Fleiſch und Gebeinen ſie ſind/ Ströme des lebendigen Waſſers flieſſen laſſen. *p. 105.* XI. Si ſtatum & conditionem hujus tam beati ſeculi requiras; nihil aberit a vita cœleſti, cum ex militante juxta & triumphante Eccleſia unum aliquem cœtum congregatum iri doceat, qui non tantum omnium rerum copia abundaturus ſit, ſed regnaturus

turus quoque & ipſa Dei viſione in his terris fruiturus. Die obere und untere Kirche iſt alsdenn ein Reich; Dahero bringen ſo wohl die beruffene Außerwehlte und Gläubige/ die Könige auf Erden genennet werden/ *Ap. V, 10.* ihre Herrlichkeit in das himmliſche Jeruſalem/ als auch die andern/ die auf Erden zum Iſrael Gottes gehören/ und aus hohen Stande gebohren ſind/ ihre Ehre und Herrligkeit in Jeruſalem/ das auf Erden iſt/ hinein/ und ſtehen mit der obern Kirche in der genaueſten Gemeinſchafft/ *loc. cit. p. 33.* So wird vielmehr die obere und untere Kirche eine überaus genaue Gemeinſchafft haben zu der Zeit/ wenn das Seufftzen der Creaturen meiſtentheils wird aufgehaben ſeyn/ wenn kein Leid/ noch Geſchrey/ noch Angſt auf dem gantzen heiligen Berg wird gehöret werden/ wenn der Teuffel gebunden iſt/ und die Treiber ein Ende haben/ und die Worte Gottes ihre Erfüllung ſehen: ſiehe da eine Hütte Gottes bey den Menſchen. *p. 154.* Sie können auf Erden das Angeſicht Gottes ſehen/ und in dem himmliſchen Jeruſalem die erwünſchte Seeligkeit genieſſen/ *p. 82.*

## §. VI.

Plura cum pulviſculo congerere non libet, tædet etiam, Academicæ Diſputationis faciem tot λεπτολογίαις vernaculis deformare. Ac malim certe inter doctos potius erudito ſermone hanc controverſiam agitari, quam ut ad indoctum dimanet vulgus, lippique ac tonſores & cujusvis ſellulariæ artis homines de ea inter ſe diſceptent. Ubi vero ſemel his rebus

bus immerſus ſum, facere non poſſum, quin me expediam, eaque ſubjiciam παράδοξα, planeque ἀσύστατα, quibus hic Auctor commentum ſuum involvit. Sic: Chriſtum in cœlos evectum regnaſſe hactenus, concedit; at in millennio demum regnum ſuum conſecuturum, docet. JEſus Chriſtus zur Rechten Gottes erhaben/ herrſchet zwar jetzo ſchon im Himmel und auf Erden mitten unter ſeinen Feinden/ *loc. cit. p. 27.* bey dem Gerichte aber vor den tauſend Jahren empfänget er erſtlich das Reich. *p. 90.* Cives hujus regni ἰσάγγελοι erunt, at iidem tamen generabunt liberos. Es werden die Heiligen/ die mit Chriſto regieren/ den Engeln Gottes gleich/ unſichtbahr allhier auf Erden ſeyn/ und dennoch das Angeſicht Gottes ſehen/ *p. 82.* Werden ſie in ſolchen tauſend Jahren auf Erden Kinder zeugen? Ja. Bek. *q. 85.* Es werden ſich die Menſchen darinnen vermehren. Warh. herrl. Reich. *p. 89.* Imo non generabunt liberos, ideo quod ἰσάγγελοι futuri ſunt. Was thun die Kinder der erſten Auferſtehung an ſolchem Hochzeit-Tage? Wird er darumb angeſtellet/ daß ſie ſich unter einander freyen und vermehren? Nein. Denn ſie ſind den Engeln gleich/ und Gottes Kinder/ dieweil ſie Kinder ſind der Auferſtehung/ *Luc. XX, 35. 36.* Bekentniß *q. 64.* In aëre vivent cum Domino, at vineas tamen plantabunt, agros colent, ædificia exſtruent. In den tauſend Jahren werden ſowohl die verwandelten als aufgeweckten hingezuckt werden dem HErrn entgegen in der Luft/ und werden bey dem HErrn ſeyn allezeit. Warheit

 herrl.

herꝛl. Reichs/*p. 82.83.* Alibi: in denſelben ſollen noch Weinberge gepflantzet/ die Aecker beſäet/ und die Häuſer gebauet werden. Ib. *p. 96.* Immortales futuri, morte tamen intra hoc tempus nondum ſublata. Sterben ſie denn wiederumb und ſtehen noch einmahl wieder auf? Das ſey ferne. Denn ſie können hinfort nicht mehr ſterben/ſondern bleiben bey dem HErꝛn allezeit. Bek. *q. 66.* Der Tod iſt doch noch nicht aufgehaben/ welches/ wie geſagt/ nach den tauſend Jahren geſchicht. Warh. herꝛl. Reichs. *p. 98.* Inviſibiles iidem erunt &, ubi velint, præſentes; at a Gogo tamen & Magogo obſidione cingendi, provocandi in prælium, & armis infeſtandi. Weil die auferſtandene und verwandelte Heiligen den Engeln gleich worden ſeyn/ können ſie/wo ſie wollen/gegenwärtig ſeyn/ bald im Paradieß/ bald allhie bey der Kirche auf Erden ſich einfinden/ und bey den Gläubigen ſeyn/ und doch allezeit das Angeſicht ihres JEſu ſehen/ und bey ihm ſeyn und bleiben/ *l. c. p. 87.* Was thut dieſe durch den Satan verſammlete Menge der Heyden/ (Gog und Magog?) Sie treten auf die Breite der Erden/ und umbringen das Heerlager der Heiligen/ und die geliebte Stadt/ das Jeruſalem auf Erden. Bek. *qv. 85.*

## §. VII.

Poſterius Chiliaſmi exemplum omnium Subtiliſſimum vulgo cenſetur, ideoqve tolerabile, nec in homine Chriſtiano improbandum. Nam I. ipſum Chiliaſmi nomen deprecatur illius Auctor, & modo,

Spem

Spem melioris ſeculi, modo, triumphum in his terris, modo, ſtatum Eccleſiæ glorioſum, & regnum ſancto-rum appellare ſolet: Hofnung beßrer Zeiten / den Vortriumph auf Erden / welchen GOtt nach beſiegtem äuſſerlichen Haubtfeind ſeinen getreuen Knechten gönnen wird, Glaubens-L. *p.48.* Herrlichen Zuſtand der Kirchen / paſſim. Ex Daniele: Das Reich des heiligen Volcks des Höchſten / Hofn. B. Z. *p.163.* II. Prioris Auctoris hypotheſin, utut in quibusdam deſerere videatur, diſerte tamen defendit, & ab omni periculi ſuſpicione liberat: Ich ſehe nicht / wie ſeine Meinung als ein gefährlicher Irrthum angeſehen werden könne / weil durch ſeine Erklärung kein Glaubens-Articul verletzt wird / und weder in dem Glauben ſelbſten / noch in dem Leben davon eine gefährliche Folge zu beſorgen iſt. Im Theol. Bedencken / *qv. II. §. 3. 4.* III. Immediatam quidem revelationem non jactat, nec inde probat hoc dogma; at cum Prophetarum oracula hactenus ſigillo velut obtecta manſerint, majorem DEI illuminationem, quam hactenus Doctores Eccleſiæ uſi fuerint, requirit, & circa ultima mundi tempora certo ſperat futuram. Es iſt nicht zu zweiffeln / daß der HErr ſein Licht immer in mehrer Seelen gegeben / und ihnen ſeine Weiſſagungen / die lange unverſtanden geblieben / deutlicher in gewiſſen Verſtand offenbahren wird / *ex Dan. XII, 4* daraus wir ſehen / daß Daniels und alſo auch anderer Propheten Schrifften lange Zeit werden als ein verſiegeltes Buch unverſtanden bleiben / aber zuletzt noch ihren

herzlichen Nutzen haben / wenn GOtt ihrer mehren dieſelbe und ihren Verſtand öffnen wird. Hofnung B. Z. *p.5.6.* Bey uns itzt iſts nicht recht mehr Nacht / denn wir haben gleichwohl die wahre Lehre / und noch viel Buchſtäbliche Erkäntnüß / auch noch nicht recht Tag / nachdem das Licht der Warheit mit lebendiger Erkäntnüß noch allzuwenig Hertzen erfüllet hat. Daß aber das Licht / ſo dem Abend verſprochen wird / *Zach. XIV, 6.7.9.* bereits vorhanden ſey / kan ich auf keinerley Weiſe erkennen / und ſorge auch / daß es niemand mit bündigen Argumenten darzuthun vermöge. *ib. p.168. it. p.348.* IV. Promiſſiones Propheticas V. T. quas maximam partem minime impletas hactenus eſſe, ſed complementum illarum non niſi in glorioſo hoc regno inſecuturum eſſe. Unde φιλοσαρκίας arguit Doctores noſtros, qui tot vaticiniorum eventus ad Chriſti retulerint regnum, nec ſplendorem & excellentiam, quam verba exigunt, oſtendere hactenus potuerint. Aufs wenigſte deſſen gewiß / es ſey keine Auslegung wohl ungereimter / als die alles erfüllet haben wil / und nicht zeigen kan / *l. c. p. 157. - 183.* Ich erinnere mich wohl / daß der meiſten Lehrer Meinung zu unſerer Zeit dahin gehet / ob wären dieſe und alle andere Weiſſagungen bereits erfüllet / und werden allerley Deutungen geſucht / wie eines ſo / das andere anders auf eine geiſtliche Art bereits erfüllet wäre. Ich ſorge aber billig / wo wir immer darauf beharren wollen / daß alle ſolche Weiſſagungen / welche den Worten nach ſo herzlich lauten / bereits in dieſem oder jenem geiſtlichen

Ver-

Verſtande erfüllet worden ſeyn/ wo keiner / dem mans nicht weitläufftig zeiget/der Erfüllung gewahr werden kan/ja auch/ wo mans ihm zu weiſen ſich lange bemühet hat / nicht recht ſiehet / ſondern daß es die Meinung ſey / andern faſt nur zu gefallen glauben ſolle / ꝛc. Dieſer würde den Jüden viel kräfftiger den Mund stopffen / und ihre Bekehrung erleichtern/ wenn wir nach der Warheit geſtünden/es ſey noch nicht alles erfüllet / ſondern ſolle noch viel herꝛliches erfüllet werden. *l. c. p. 159. 170.* Imo Elenchum noſtrum contra Judæos & Atheos ambiguum reddit, & iisdem victoriam pollicetur. Ja ich bekenne / daß nicht ſehe / was wir gründlich ihnen antworten können/ *&c. p. 171. 172. conf. p. 175.*
V. Quibus ſuppoſitis, doctrinam de Noviſſimis ſic ordinat, ut inter diei extremi ſigna longius remota collocet (1) Anti-Chriſti Romani interitum & exciſionem totalem indubitato futuram Die Schrifft erzehlet Zeichen / welche wohl eine gute Weile vorher gehen/ und uns nur anzeigen ſollen / daß es allgemach nahe zum jüngſten Tag komme. Dahin gehöret (1) die nicht nur Entdeckung / ſondern auch Vertilgung des Römiſchen Anti-Chriſts. Kan alſo der jüngſte Tag nicht kommen / biß ſolches Anti-Chriſtiſche Reich eine Weile aufgehöret / und die Kirche wieder einer Ruhe hat genieſſen können. Glaubens-Lehre/ *p. 29.* (2) Converſionem Judæorum adeo ſolennem, luculentam & illuſtrem, ut univerſalis dici mereatur. Hieher gehöret auch und muß vorher erfüllet werden/ (2) die Bekehrung der Jüden. Es muß (quanta

ta aſſeveratio!) ſothane Bekehrung noch vor dem jüngſten Tag geſchehen / und wenn es erfüllet / wird ein Zeugnüß ſeyn / daß er allgemach herbey nahe. *Ib. p.30.* Es muß eine ſolche Bekehrung ſeyn / da man mit Warheit ſagen möge / daß gantz Jſrael ſelig werde / und alſo eine ſolche Anzahl derſelben / die man warhafftig nun vor das gantze Volck / gegen welches die übrige nicht in Vergleichung kommen / erkennen und alſo nennen könne. Glaubens-L. *p.47.* (3) Prædicationem Evangelii per univerſum terrarum orbem iterandam. Allegato B. Nic. Hunnio ait; Es werde noch vorher / wie vor dem das erſtemahl zu den Zeiten der Apoſtel nochmahl das Evangelium in der gantzen Welt geprediget werden / Glaubens-L. *p.30.* Quod etſi dubitanter aſſerere videtur, paulo tamen poſt confirmat. Wenn erſtlich das Pabſtum fällt / und die Jüden ſich aller Orten bekehren / kan es nicht fehlen / die Kirche muß dadurch in einen erfreulichen Zuſtand kommen / und das Evangelium auch allen übrigen Ungläubigen ſtarck in die Augen leuchten *ib.* (4) Tunc glorioſum illud Eccleſiæ regnum ſuccedet, quod quanto ſit intervallo duraturum, non definit, wie lange / wil ich göttlicher Allwiſſenheit nicht vorſchreiben / *l. c. p.31,* (5) Finito tamen beato hoc tempore, redituram in orbem magnam hominum ſecuritatem & malitiam, fatetur: Wenn derſelbe gute Zuſtand der Kirchen eine Weile gewähret / werden die Leute wieder anfangen ſehr ſicher / und alſo ruchloß zu werden. Wir ſehen das auch / als unter Conſtantino Magno die Kirche äuſſer-

lich

lich Ruhe bekam/ bald die Sicherheit/ und viel Böſes darauf gefolget iſt/ ſolches wird denn auch geſchehen/ *ib. p. 31.* (6) Securos vero & mundanis deliciis abreptos a Gogo & Magogo impugnatum iri. Wir ſehen/ *Ez. XXXVIII. v. 14*, daß Gog und Magog das Volck Gottes angreiffen werde/ wenn ſie in groſſer Sicherheit ſtehen/ *ib.* (7) Poſthac adfuturum ſupremum diem. Gog und Magog ſind der letzte Feind / und darauf wird ſtracks kommen der jüngſte Tag/ *ib.* Ceterum VI. ad glorioſum hoc regnum Chriſtus ipſe adveniet, apparitione non viſibili quidem, attamen reali & Majeſtatica, eademque cum impiorum ſtrage ſupplicioque conjuncta. Ob ſchon nicht Chriſti Perſon / dennoch ſeine Majeſtät wird alsdann herrlich offenbahret werden / wie auch dieſe thätliche Erſcheinung vorher gehet vor der herrlichen ſichtbaren Erſcheinung vor dem jüngſten Tag / *p. 89.* *Cap. 7.* Danielis wird gemeldet / daß der Alte gekommen ſey / und habe das Gerichte vor die Heiligen gehalten / und ihnen das Reich eingegeben/ welches Gericht vielleicht nicht unbeqvem von der Schlacht Chriſti/ der mit ſeinem himmliſchen Heer kam/ *Ap. XIX, 11.* zu verſtehen/ *&c. p. 165.* VII. Sub initium hujus regni reſurgent Martyres, &, mirum dictu, univerſum perpeſſionis ſuæ præmium in illo reportabunt. In dieſen 1000. Jahren/ und zwar deroſelben Anfang werden lebendig die Seelen der Enthaubteten. Und wird in dieſen tauſend Jahren den jenigen/ die dort vieles gelitten hatten/ alles ihr Leiden vergolten. *p. 179.* Reſurrectionis formam ſe neſcire

ſcire fatetur, pergit tamen: Ich ſehe doch nicht/ daß eine ſolche bloſſe geiſtliche Auferſtehung/ die in der Wiedergeburth geſchiehet/ gemeinet ſeyn kan/ *ib. p. 176.* VIII. Sic comparatum fore hoc regnum credit, ut ſuccedat in locum ſummorum IV. Imperiorum & Quartam adeo Monarchiam deleatque & conterat. Huc Danielis vaticinium trahit: Es ſol noch an den Ort folgen/ wo die 4. Reiche der Welt geherrſchet haben. Es muß ein Reich ſeyn/ welches das vierdte Reich zerſchmettert/ Hofnung B. Z. *p. 164.* IX. Idem illud omnem iniquitatem, Tyrannidem & beſtialitatem, quibus poteſtas ſumma contaminata fuit, abolebit & auferet. Daß die Thieriſche Art des vierdten Reichs/ und aller vorigen Reiche/ da ſo viel Thieriſches Ungerechtes und Tyranniſches mit der ordentlichen Gewalt vermiſchet geweſen/ aufhöret/ und das Reich Chriſti an die ſtatt tritt/ welches alle Ungerechtigkeit aufhebet/ *&c. ib. p. 165.* Alſo fänget es nicht eher an/ als mit Aufhebung der vorigen Thieriſchen Regierung/ *ibid.* X. Si modum ſpectes hujus regni, terrenum illud non erit, neque tamen ſpirituale, imo nec cœleſte. *Ex Dan. c. II, & VII.* probat: Es ſey ein Reich/ ſo noch auf Erden iſt/ ob wohl nicht irrdiſch. Hofnung B. Z. *p. 163.* Es wird nicht gemeinet das geiſtliche Reich Chriſti/ welches nun über die 1700. Jahr gewähret/ *ib. p. 164.* Es iſt auch ein Reich unter den gantzen Himmel/ nicht in dem Himmel/ *ib.* Es iſt nicht ein Reich/ welches alſobald anhebet/ wenn Chriſtus in das Fleiſch kommt/ und nachmahl ſein Gnaden-Reich durch

die

die Predigt des Evangelii aufgerichtet hat / ſondern welches folgt/ *&c. ibid.* XI. Idem porro æternum erit, &, ubi hæc omnia tranſierint, per omnem æternitatem continuandum. Es iſt ein Reich/ das ewiglich bleibet/ ob es wohl hie auf Erden angehoben / und wo die Zeit mit der Ewigkeit verwechſelt wird / noch in dieſer ohne Ende fortgeſetzt werden ſol / *&c. p.166.* XII. Non amplius locum habitura afflictio, müſſen demnach die jetzigen Trübſalen noch ein herrliches Ende gewinnen/ Glaub. L. *p.48.* Wird die hervorſtehende Verfolgung die ſchwerſte und hefftigſte ſeyn/ nun ſo ſol ſie auch die letzte ſeyn. Hofn. B. Z. *p.346.* XIII. Omnis injuſtitia, & impietas, hæreſesque hinc exulabunt. Das Reich Chriſti tritt an die ſtatt/ welches alle Ungerechtigkeit aufhebet. *p.165.* Man gedencke / was dieſes vor ein glückſeliger Stand in der Kirchen ſeyn muß / wo alle Päbſtiſche Irrthümer / Greuel und Gewaltthätigkeit ein Ende haben/ und alſo auch die Gottloſigkeit auffhören wird. *p.343.* XIV. Sic demum, qvod optamus, omnium religionum pulcerrima qvædam unio & concordia florebit. Dieſes wird der gewünſchte Weg einer Vereinigung ſeyn / ſonderlich wann das Jüdiſche Volck nun wiederum zu Gnaden kommen wird/ und etwa ſo viel hundert tauſend Seelen zugleich in die Chriſtliche Kirche eingehen werden. &c. *p.344.*

VIII.

Neque deſunt, quæ legenti mihi obvenêre, ſive ἐναντία, ſive παράδοξα, in quibus recte concilian-

liandis nonnunquam vel Oedipum requiras. Plebejum certe animum, quem hic præcipue informandum ſibi ſumſit Auctor, non poterunt illa non confundere, vel certe magnopere fatigare. Sic e.g. æternum hoc regnum fore pronunciat, & in omnem æternitatem continuandum: at finiendum tamen, nec quærendum in æternitate, imo ad tempus ſaltem extendendum eſſe, alibi aſſerit. Es iſt ein Reich / das ewiglich bleibet / und wo die Zeit mit der Ewigkeit verwechſelt wird / noch in dieſer ohne Ende foregeſetzet werden ſoll. Hoffnung *p. 166.* Contra: Es iſt ein Reich / das nicht in dem Himmel und in der Ewigkeit / ſondern in der Zeit und auff Erden zu ſuchen iſt. *Ibid. p. 177.* das mit der Verſetzung in das Reich der Herrligkeit ſich endigen wird. *ibid.* Wenn derſelbe gute Zuſtand eine weile (ad tempus) gewehret / ſo werden die Leute wieder ſicher werden. etc. Glaub. L. *p. 31.* Spirituale hoc regnum eſſe negat, at partem tamen Regni ſpiritualis conſtituit. Es wird nicht gemeinet das geiſtliche Reich Chriſti etc. Hofn. *p. 164.* Contra: Daher ich dieſes Reich als einen Theil oder beſondern Zuſtand des Gnaden-Reichs Chriſti anſehe / und zu demſelben nehme. *p. 177.* Atqui hoc ſpirituale eſſe, nemo negat. Porro inopinatum & ſubitaneum fore ſupremi diei adventum, ait, eoqve vel maxime extimeſcendum: nihilominus negat venire poſſe extremum diem, niſi hæc ſigna longius remota anteceſſerint. Die Art der Zukunfft wird ſeyn unvermuthlich und plötzlich. Denn wie ein Fallſtrick etc. Glaub. L. *p. 31.*

*p.31.* & tamen: Kan alſo der Jüngſte Tag nicht kom̃en/biß das Anti-Chriſtiſche Reich eine weile auffgehöret. Es muß vorher erfüllet werden die Bekehrung der Jüden. etc. Sie muß noch vor dem Jüngſten Tag geſchehen/ und wann es erfüllet/ ein Zeugniß ſeyn / daß er allgemach herbey nahe. *ib.p.29.30.* Maxima credentium multitudo erit, cum dies extremus ingruet: & tamen maxima hominum ſecuritas tunc vigebit. Daß aber vor dem Jüngſten Tag/ und wenn er kömmt/ viel Gläubige und Außerwehlte ſeyn werden/ iſt aus der Heil. Schrifft gnungſam zu zeigen/ und iſt ſich zu verwundern/ daß aus dieſem Spruch Luc. 18. das Gegentheil ſo offt behauptet werden wil. *p.345.* item: nicht wenige/ ſondern viel Gläubige werden ſich auff Erden finden, etc. *p. 182.* Et tamen alibi: Es wird vorher gehen eine groſſe Sicherheit der Menſchen/ wie ſie vor den Zeiten der Sündfluth und vor dem Untergang Sodom war. Glaub. L. *p.30.31.* Jam brevi futurum ſperat, ut concidat Babelis poteſtas: ſed veretur etiam, ne brevi magis excreſcat, veraqve Eccleſia ex juſto Dei judicio eidem plane ſuccumbat. Es läßt ſich alles an / daß die Zeit der Dinge/ davon geredet wird/ nicht mehr weit ſey/ und eben die ſteigende Macht des Babels iſt ein Zeugnüß der Nähe ſeines Falls. Hoffn. *p. 349.* Contra: Wir haben zu beſorgen/ es möge in kurtzer Zeit die wahre Kirche ihren Feinden dem Römſchen Babel und andern aus einem Göttlichen Gericht noch weiter übergeben werden. etc. Glaub. L. *p.48.* Quid

ſibi velint mille Anni Apocalyptici, neſcire ſe fatetur: & tamen literam urget, & initium illorum ac finem deſignat. Es bleiben mir tunckele Wort/ wie die tauſend Jahr zu verſtehen/ *p.176.* & tamen: Wie es klar lautet. Da ſind alſo tauſend Jahr/ welche nicht nur ihren Anfang/ ſondern auch v. 7. ihr Ende haben. *p. 177.* Es wird ein tauſendjähriges Reich Chriſti und ſeiner Heil. Offenbahrung Joh. 20. 4. mit deutlichen Worten ausgedruckt. Im Theolog. Bedencken/ *q.2.* Ingens piis ſolatium ex aſſerta hac Felicitate promittit; at dubios tamen relinquit, an ipſi eandem ſint percepturi: ad omnes certe hoc gaudium non ſpectare, cenſet. Sie ſchöpffen daraus hertzlichen Troſt und Auffmunterung auf die bevorſtehende trübſelige Zeiten/ dagegen die Verſicherung der beſſern folgenden ein ſtattliches Mittel iſt. *p.344. l.c.* Aber 1) kanſtu nicht ſagen/ ob dir nicht GOtt/ wo du ein hertzliches Verlangen nach der Offenbahrung ſeines Reichs haſt/ dein Leben ſo weit erſtrecken werde. 2) Soll dir dieſes eine Freude ſeyn/ daß deine Kinder und Angehörige es erleben/ was du noch nicht ſehen wirſt. Warum ſolte uns denn nicht vielmehr freuen/ daß unſre Mit-Brüder des völligen Sieges erfreulich genieſſen werden/ daran wir gleichſam durch unſern Sieg mit geholffen haben. *p.351.352.* Was Chriſtus von einigen abſonderlichen Zeiten/ da es ſeine Kirche auff Erden lange Zeit wohl haben werde/ verkündiget hat/ gehet eben nicht alle an. *ibidem.* Denique nemini hanc ſententiam obtrudit, nec ut creditu neceſſariam proponit, at integris tamen ſcriptis propugnat, & ut infallibilem

lem ac longe certiſſimam prædicat; imo ſalva Scripturæ auctoritate negari non poſſe, aſſerit. Ich ſchreibe hierinn keinem vor/ ſondern ſtelle es jeglicher gläubiger Seelen zu Gottſeliger Prüfung heim. etc. Hofn. *p.* 93. Welche Meinung ich niemand/ dem ſie frembde vorkommen wolte/auffdringe/ ſondern billig iedem die Freyheit laſſe/ auch ſolche nach Gottes Wort zu prüfen/anzunehmen/ oder fahren zu laſſen. *ibid. p.* 344. Contra: Es kan nicht fehlen/ die Kirche muß in einen erfreulichern Zuſtand kommen. Glaub. L. *p.* 30. Iſt nun dieſes gewiß/ etc. *p.* 181. Es wird ein tauſend-Jähriges Reich CHriſti und ſeiner Heil. Offenbahrung Joh. 20/ 4. mit deutlichen Worten ausgedruckt/ welches alſo keiner/ welcher der Schrifft autorität annimt/ verwerffen kan. Im Theologiſchen Bedencken. *qv.* 2.

## §. IX.

Hic Subtiliſſimus ille eſt, qui tot hominum animis hodie inſedit, Chiliaſmus. Ad quem impugnandum uti nec ambitio, nec ulla contendendi libido nos impulit, ita quodvis inſectandi convitiandiq; ſtudium arcebimus longius, ac ne verbo quidem aſperiori in ejusdem auctores invehemur. Nihil igitur cū Perſonis & Nominibus commercii nobis erit, quorum in promovenda pietate ardorem, ubi idoneis nitatur mediis, nemo unquam bonus reprehendet; quin diſquiremus ſaltem de argumento doctrinæ, & pro integritate fidei procul omni bile dimicabimus. Neq; vero nos movebunt malorum ſubſannationes & convitia, quibus undique ſe impetitum iri ſtatuere debet, qui pro æterna veri-

veritate militare ſuſtinet. Namque jam ante calcare talia & ſpernere didicimus, quam in hanc arenam deſcenderemus. Qui enim DEI gratia ſe communit & fulcit, εὐφημίας æque ac δυσφημίας juxta æſtimat, ac terram perinde levem, poſt obitum, ſibi fore ſperat, ſive laudetur a malis, ſive vituperetur.

## §. X.

Cum proinde his paginis abſolvi nequeat confutatio hujus hypotheſeos, tam copioſe prolixeq; aſſertæ: generalem tantum, ceu promiſimus, depromemus ſententiam, ut ad pleniorem ejus rei diſcuſſionem viam nobis aditumque aliquando faciamus. Singula enim momenta ſic comparata ſunt, ut peculiarem diſtinctumque laborem expoſcant. *Initio* autem perſvaderi nobis haud poteſt, vel ab immediata DEI revelatione, vel a majori aliquo & ſecretiori DEI afflatu edita hæc dogmata fuiſſe; cum adeo difficili inter ſe nexu cohæreant, ut pugnent etiam, diſſiliantque & ſua concidant fragilitate. Hodie enim citra divinum promiſſum nova expoſcere a DEO oracula, aut majus, quam ulla Patrum ætas habuit, ſibi vendicare lumen, & ἰδίαν Prophetarum jactare ἐπίλυσιν, abſconditam hactenus & ſigillo munitam: illud omnino eſt ſimplicitatem fidei Chriſtianæ, qua ſtetit hactenus Eccleſia, deſerere, & in neſcio quas μετεωρολογίας transformare, atque ut Apoſtolus ait, tumidum prodere ſpiritum, & τὰ ἀόρατα ἐμβατεύειν. *Col. II, 18.* Alterum certe ἐνθουσιαστῶν eſt, & ab omni orthodoxa vetuſtate exploſum; alterum vero ſuſpicione non vacat. Aut enim in Scripturis excellentius hoc lumen quærendum eſt, aut extra

tra eaſdem. Si illud, deficit ratio, cur Patribus Summisque Eccleſiæ Doctoribus id denegatum fuerit, qui ſacras literas perinde, ut hodie quisquam, ſcrutati ſunt, nec minus vitæ integritati ſtuduerunt; ſin hoc dixerit, nulla ſe ratione a falſa hypotheſi liberabit.

§. XI.

*Deinde*, multo nobis hic Chiliaſmus periculoſior videtur, quam qui priſcis quondam Patribus aſſertus fuit. Illis enim ex traditione majorum ſedere cœpit hæc ſententia; hi vero contra majorum noſtrorum fidem inſurgunt, & ſepultas olim Judæorum reliquias, ceu pretioſa quædam cimelia producunt. Illis ſimplex aſſenſio ſuffecit, nec niſi unus & alter Scripturæ locus in cauſæ præſidium allegatus eſt; hi vero omnes Prophetas eo trahunt, & minimam vaticiniorum partem ad Chriſti regnum, maximam vero ad millenarium ejus tripudium pertinere, contendunt. Nemo Patrum, niſi qui orthodoxi Patris nomine indignum ſe reddidit, Judæorum gloſſemata adverſus regnum Chriſti interpolavit; at hi noſtri adeo velificantur illis, ut fabulis quoque de gemino Meſſia, Ben Joſeph, & Ben David, aliisq; aliquam veritatis ſpeciem induant, Elenchum vero noſtrum iis oppoſitum, in perditis & deſperatis habere ſe fateantur. Equidem, ut emolliant hanc ſuam doctrinam, & tolerabilem reddant, illud Hieronymi paſſim adducunt, qui allegatis Judæorum commentis, ait: *Quæ licet non ſequamur, tamen damnare non poſſumus, quia multi Eccleſiaſticorum Virorum & Martyrum iſta dixerunt. Comment. in Jer. Lib. IV. c. XIX. p. 145.* Sed obſervent & ea, quæ ſeqvuntur: *Quomodo autem vas fictile & teſteum, ſi fractum fuerit, in antiquam ſpeciem reformari non poteſt: Sic & populus Judæorum & Hieruſalem ſubverſa*

*ſa ſtatum priſtinum non habebunt.* Nec multo poſt *novam ex veteri hæreſin* appellat hoc dogma: *Delirant enim, qui auream & gemmatam ſuſpirant Hieruſalem. ib. in c. XXX. p. 159.* Alibi vero multo apertius: *Sancti*, inquit, *nequaquam habebunt regnum terrenum, ſed cœleſte: ceſſet ergo mille annorum fabula. Comm. in Dan. VII. p. 276.* Ac ſpondeo certe ultra quinquaginta me adducturum ex Hieronymo loca, in quibus damnat rejicitque ac deteſtatur ſententiam; ut Commentarios ejus non aliter ac tropæa quædam intuear, a Judæis & Chiliaſtis reportata. Quod vero *l. c.* damnare non audet fabulam; ejus rei cauſam allegat rabiem adverſæ partis, quam extimeſcebat: *Noſtrorum in hac parte plurima ſequitur multitudo, ut præſaga mente cernam, quantorum in me rabies concitanda ſit. Comm. in Eſaiæ CLXV. Proœm. p. 113.* Hinc præclarum ac ſolidum B. Lobechii judicium eſt: *Hieronymus ait, ſe non audere damnare, quod multi Eccleſiaſticorum virorum & Martyrum hoc dixerint, adeo multum tribuebat vetuſtati: Sed huic metui opponenda eſt certitudo veritatis. Diſp. XIX. in Aug. Conf. p. 460.*

## §. XII.

Tum vero III. ipſa Chiliaſmi Subtilitas ſuſpecta nobis eſt, quam non in dogmatum puritate, ſed in modo caute tecteque loquendi quærunt, & Scripturæ conſenſum ad ſe rapiunt, ut maxime invitum. Erat hic ipſius Cerinthi color, qui, cum *regnum DEI in cibo & potu ac nuptiis* conſtitueret, eoque male paſſim audiret; *in feſtis & ſacrificiis & hoſtiarum mactationibus collocabat illud, ut honeſtiori vocabulo has voluptates celaret;* teſte *Euſebio L. III. c. 28. conf. Valeſ. in Notis.* Sic & Marcion, cum fœdos admodum errores foveret; *ſpirituales*

*eſſe*

*eſſe nuptias* ſuas dixit, V. *Timoth. Presbyter de Recept. Hæret. in Monumentis Cotelerii T. III. p. 389.* Subtilis haud dubie Chiliaſmus Nepotis Ægyptii quondam viebatur, cum *Judaicum in morem hominibus ſanctis prolatas in divinis Scripturis promiſſiones retribuendas doceret*; Sed tamen cavillum cordis χλεύην τῆς καρδίας vocat antiquitas, *Conabatur enim ex Johannis Apocalypſi comprobare cavillum cordis ſui*; uti loquitur idem *p. 391.* Quamobrem immortale illud cordati Theologi exemplum B. Gerhardus graviter monet; *detrahenda eſt Chiliaſticæ opinioni larva, quocunque tandem minio pingatur, & quacunque ceruſſa obducatur. De Conſumm. Seculi* §. 80. Tametſi enim quædam ſaltem opinionis Judaicæ capita aſſumant, rejectis, ut videtur, craſſioribus: larva tamen eſt, placido mollique dicendi charactere picta. *Et is errat*, B. Hülſemannus inquit, *qui partem erroris defendit, & is mihi Papiſta eſt, qui Papam Romanum pro capite agnoſcit Eccleſiæ Oecumenico & directivo, licet cætera ſanus, nec poteſt non errare in plurimis, qui Papam canonem fidei ſuæ conſtituit.* Unde colligit, & illum Chiliaſtis accenſendum eſſe, qui perpetuam in his terris felicitatem piis pollicetur, utut fœdas carnis voluptates cum Cerintho non expetat. *in Scrutinio Prophetiæ de Quat. Monarchiis, Q. ultima.*

§. XIII.

Hinc IV. inter larvas cum B. Gerhardo refero, quod ſpiritualem hanc felicitatem vocant, & Prophetarum tamen oracula, quibus eandem evincunt, carnaliter & ad literam intellecta volunt. Spernunt enim interpretationes myſticas, & Dei veritate indignas cenſent, neque hoc regnum Chriſti, verborum ſplendori

dori & majeſtati reſpondere putant. Jam id confectum eſt: non aliud quam terrenum regnum intendi poſſe ab iis, qui Prophetarum vaticinia carnali quodam ſenſu interpretantur: quod cum faciant illi, vel inviti ad craſſam Judæorum opinionem recidunt, & nolint velint confiteri, regnum aliquod mundanum expectant. Rurſum, ſi ſpirituale tantum gaudium in Regno hoc Chiliaſtico ſibi promitterent Auctores, cur a ſpirituali præſenti & cœleſti futuro diſtinguerent illud, imo iisdem plane opponerent? Jam vero nec ſpirituale, nec cœleſte hoc regnum fore, diſertis verbis innuunt; in terris autem & toto ſub cœlo inſtitutum iri, ut ſupra patuit, luculenter concedunt; unde nihil aliud confici poteſt, quam eſſe hanc felicitatem, quam piis promittunt, terrenam, eſſe ſecularem, & mundanam.

§. XIV.

Sic V. iisdem accenſeo, quod ſententiam, quæ manifeſtam Eccleſiæ cenſuram incurrit, oratione ſaltem leniunt temperantque. Ita, cum alter viſibilem Chriſti adventum ſtatuat; hic minio pingit illum, & glorioſam ſaltem atque Majeſtaticam ἐπιφάνειαν vocat; Quo ipſo apparitionem a noſtra viſione, Perſonam Chriſti ab ejusdem Majeſtate, adventum ejus realem a perſonali, ſatis ſubtiliter diſtinguit. **Ob ſchon nicht Chriſti Perſon/ dennoch wird ſeine Majeſtät alsdenn herrlich offenbahr werden/ auch gehet dieſe thätliche Erſcheinung vorher vor der herrlichſten ſichtbaren Erſcheinung an den Jüngſten Tag. Hoffn. B. Z.** *p. 89.* **CHriſtus wird ſich in der That und effect herrlich offenbahren in dem groſſen**

Sieg

Sieg über ſeinen Feind den Anti-Chriſt/ daß ſeine mächtige Gegenwart und παρουσία ſich in ſolchen herrlichen Werck offenbahre. *p.88.* Iterum, cum ille geminam mortuorum reſurrectionem aperte defendat, hic paulo tectius incedit, & in definienda reſurrectione carnis τὸ ἐπέχειν amplectitur, at reſurrecturos tamen ſub initium hujus regni martyres affirmat: Es werden in dieſen tauſend Jahren/ und zwar derſelben Anfang/ lebendig die Seelen der Enthaubteten/ -- und wird in dieſen den jenigen/ die dorten vieles gelitten/ alles ihr Leiden vergolten. *l.c.p.179.* Oppreſſionem impiorum ille dixerat, die Vertilgung der Feinde/ hic vero ne Symbolo Auguſtano refragetur, vocat die Demüthigung der Feinde/ *p. 166.* Ille regnum ſuum nuncupat: Das herrliche Reich CHriſti/ hic: Den herrlichen und beſſern Zuſtand der Kirchen/ &c. Ut adeo nunc demum capere mihi videar, cur alicubi de D. P. ſic ſcripſerit, Diſſentiens: daß der Mann (in Vortrag dieſer Sache) nicht alle erwünſchliche Vorſichtigkeit gebraucht hätte. Im Theol. Bedencken. *n.7.*

## §. XV.

Iſtud quoque VI. abſtruſas latebras & operta quædam conſilia redolet, cum alter velut exprobrat alteri: cur hoc argumentum publice propoſuerit in Eccleſia, atque ex ſuggeſtu populum docuerit: Als ich D. P. ſelbſt zur Rede ſetzte/ warum er ſolche materie, worüber die Collegia des Streits Anlaß genommen/ auff die Cantzel gebracht/ da ich lieber ſolche von der Can-

ſtzel zu bleiben gewünſcht hätte / brachte er nebſt den Trieb ſeines Gewiſſens- dieſe Urſach/ daß ſein Anteceſſor, Superint. Sandhagen ſelbſt mehrmahl von dem künfftigen und zwar nahe inſtehenden beſſern Zuſtand der Kirchen/ als welchen er gewiß geglaubt/ vor dem Volck geprediget habe/ daher er gedacht/ ein Auditorium zu finden/ welches die materie tragen könte/ ob er wohl in derſelben nachmahl weiter/ als ſein Anteceſſor gienge. Scheinet alſo/ ob der Mann nicht alle erwünſchliche Vorſichtigkeit gebrauchet hätte. *l. c.* Id quod demirari ſatis non poſſum, cum ipſe ſemel iterumque ex publico ſuggeſtu eandem inculcarit materiam, eo quidem in loco, ubi auditorium minime invenerat his novitatibus adſuetum: patet iſtud aus der Glaubens-Lehr/ *p. 30. & ex Sciagraphia p. 3.* Ergo tandem eo res devenit, ut interrogandi ſint auditores, utrum ferre doctrinam, vel, ut ſuſpectam, rejicere velint. Ergone cum formidine & metu renitentis auditorii docenda veritas eſt? aut ſaltem in publico cœtu reticenda? Aliter certe ſuo fungebatur munere Apoſtolus, inquiens: *Nihil ſubterfugi eorum, quæ eſſent in rem veſtram, quin annunciarem vobis & docerem vos publice & privatim. Nec ſubterfugi, quo minus annunciarem vobis omne conſilium Dei. Act. XX, 20. 27.* Nec unquam cum pudore promulgandam eſſe veritatem, ſuo exemplo nos docuit Servator: *Ego palam locutus ſum in muudo: ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Judæi conveniunt, & in occulto locutus ſum nihil. Joh. XIIX, 20,*

§. XVI.

Nec illud nunc prætermitti debet, quod VII. ad aſſe-

aſſerendam hanc doctrinam orthodoxorum undique exquirunt conſenſum, quem tamen re accuratius ponderata, minime impetrant. Beatum inprimis Lutherum ὁμόψηφον ſibi faciunt, cujus votum de converſione Judæorum, GOtt gebe/ daß die Zeit nahe ſey/ wie wir hoffen. Kirchen-Poſt. *Fer. Steph. fol. 96. b.* allegant ſæpius; & cum omiſſum in recentioribus editionibus fuerit, tumultuantur & corruptorum codicum culpam nobis imputant. Der ſelige Lutherus hat dieſen Prophetiſchen Ort (Hoſ, III, 4.5.) und andere Oerter der Heiligen Schrifft von der Jüden Bekehrung/ die noch zukünfftig iſt/ gar wohl eingeſehen/ und ihn zum Beweiß dieſer Sache mit groſſen Nachdruck angezogen/ wiewohl derſelbe Ort durch die Nachfolger Lutheri auff der Wittenbergiſchen Academie zu ihrer ewigen Schande verfälſchet/ geſtümmelt und verkehret iſt/ alſo/ daß in allen editionen/ ſo nach dem Tode des ſeel. Lutheri heraus gekommen/ offenbahre contradictiones zu finden ſeyn/ zum Zeugnüß ihres Schwindelgeiſtes und verkehrten Handels/ welchen ſie mit der Kirchen-Poſtill an dieſem und an ſehr viel Orten getrieben haben. Warh. herrl. Reichs *p. 139.* Cui ſubſcribit, ut ut mitioribus paulo verbis Auctor der Hoffnung B. Z. *p. 110.* Verum uti hanc contumeliam promeriti non ſumus, ita patienti ferimus animo, nec pari orationis acerbitate compenſamus. Relicto interim luculento exemplo, alienum a conſummata, quam jactant, ſanctitate haud eſſe, facere convitium, toti Academiæ æternum objicere opprobrium, vertiginisqve & furoris eam inſimulare. Quas emen-

dandi

dandi cauſas habuerint cenſores, cum alibi expoſitum prolixius eſt, tum vel hæc ratio ſufficit, quod eodem in libro contrariam venioremque ſententiam præmiſerat Lutherus, *Ed. Witt. 1568. f. 11. a. f. 27. a. f. 46. a. b. f. 72. a. f. 75. a.* eandemque deinceps inculcaverat paſſim. Conf. *T. II. Lat. Jen. f. 166. b. T. III. Lat. f. 424. b. T. VIII. Altenb. f. 277. b.* Inprimis *Expoſit. Evang. a Joanne Hervagio Latine editam f. 378.* &c. Cur igitur Lutherum ſibi adſtipulatorem quærunt in eo dogmate, quod toties emendavit ipſe, rejecitqve & repudiavit? Nec quicquam eos juvat illa Theologorum noſtratium conteſſeratio, quam pro Judæorum converſione univerſali allegant. Nam qui primo loco comparet B. Hunnius, ita ſuam finit orationem: *Nemini interim præjudico, opto autem ex animo, ut Judæi aliquando magno numero ad Eccleſiam ante ultimum illum Chriſti adventum accedant & una cum plenitudine gentium ſalventur.* Idem quoque hoc dogma refellit *Diſp. de regno Chriſti Th. 50.* certe cum doctrina Chiliaſtica id non connectit: Nam *ut expectetur in hoc mundo tempus, quo plane non amplius tumultuetur adverſus Chriſtianos Satanas, abſurdum eſt, & ſacrarum literarum prædictioni contrarium,* ibidem ait *th. 75. 76.* Adducitur etiam in conſenſum B. Gerhardus, ſed hic ipſe ſpiſſum librum, quo *Chiliaſmi præcipua fundamenta ſolide deſtruuntur*, reliquit, ubi etiam aliquot paginis adverſus Judæorum hoc commentum ſtrenue militat, rectiſſimeque judicat: *Vaticinia Prophetarum pro adſtruenda univerſali Judæorum converſione ante finem mundi adhuc futura de converſione Judæorum tempore Chriſti & Apoſtolorum jam dum facta ſine omni abſurditate accipi poſſe. p. 279.* Tum quoque B. Waltherus Senior, hujus ſententiæ inſimulatur: ſed ex ipſis

verbis

SLUB
Wir führen Wissen.
http://digital.slub-dresden.de/id434540633/32
gefördert von der
Deutschen Forschungsgemeinschaft
DFG

verbis contrarium diſpaleſcit: *Quod enim non omnes in individuo ſint convertendi, patet 1) ex loco Apoc. 7, 4. 2) maledictione, quam tempore paſſionis ſibi ſunt apprecati. 3) ex collatione præcedentis membri, &c. Harmon. Bibl. p. 1088.* Ita huc trahuntur aliqui, quorum verba contrarium aſſerunt; alii per modum voti & deſiderii id exprimunt; quidam diffidenter, & ambigue loqvuntur, &, vel τὸ ἐπέχειν arripiunt, vel ſalvo meliore judicio expromunt ſententiam; plerique de inſigni quadam & luculenta converſione diſſerunt, quæ utrum præceſſerit, vel futura ſit, relinqvunt in medio; qui vero cum deletione Anti-Chriſti, iteratione præconii Evangelici, & futura hujus ſeculi felicitate eam conjunxerit, & petitis ex pharetra Judæorum argumentis, defenderit mordicus: atque inter divina & indubitata diei extremi ſigna retulerit, ac denique ſub credendi quadam neceſſitate propoſuerit; in tanto quidem Noſtratium catalogo, mihi hactenus conſpectus eſt nemo.

§. XVII.

Supereſt, ut, quid VIII. ſub negatis vaticiniorum complementis latitet periculi, breviter exponamus. Hoc enim fere præcipuum eſt, quod Chriſtianis cum Judæis intercedit, certamen, ut illi Prophetarum oracula, de Meſſia olim prolata, in CHRISTO Servatore quærantque, & inveniant; hi vero ob contemptam & exilem regiminis ſpeciem reſpuant, nec CHRISTUM, ut Regem ſuum amplectantur. Præclarum & omni conſideratione dignum Hieronymi judicium eſt: *Nos autem ſequentes auctoritatem Apoſtolorum & Evangeliſtarum, & maxime Apoſtoli Pauli, quicquid Populo Iſrael carnaliter promittitur, in nobis*

*ſpiritualiter completum eſſe monſtramus, hodieq; compleri, nec inter Judæos & Chriſtianos ullum aliud eſſe certamen, niſi hoc, ut cum illi noſque credamus Chriſtum* DEI *Filium repromiſſum, & ea quæ ſunt futura ſub Chriſto, a nobis expleta, ab illis explenda dicantur. Qui igitur Chriſtum veniſſe jam credimus: neceſſe eſt, ut ea quæ Chriſto futura dicuntur, expleta doceamus. Comment. in Jer. lib. VI. c. XXX. Proœm. p. 158.* Non procul hinc abieris; & eaſdem plane hypotheſes apud Judæos deprehendes. Prodiit *R. Iſaaci* Liber, *Munimen fidei*, dictus, quem Dn. D. Wagenſeilius *Telis Satanæ igneis* inſeruit, & in Latinum idioma convertit. Hic ad Quæſtionem: *quare Judæi nolint credere* JESUM *Nazarenum fuiſſe Meſſiam?* reſpondetur: *Quia non impletæ fuerunt ipſius ætate promiſſiones, nobis factæ de rebus eventuris ſub adventum expectati Meſſiæ.* Pergit deinceps atque id latius ſic probat: (1) Tempore Regis Meſſiæ unum tantum futurum eſſe regnum, unumque Regem ex *Dan. II. 44.* cum contra videamus oculis noſtris regna multa, Regibus, legibus & inſtitutis a ſe invicem diſtincta. (2) Temporibus Regni Meſſiæ unam tantum Religionem & Legem unam, Iſraelitarum ſcilicet, in orbe futuram eſſe *ex Eſ. LII, 1. c. LXVI, 17. 23. Zach. VIII, 23.* (3) Idola exſcindenda, & memoriam eorum cum falſis Prophetis & ſpiritu immundo tollendam ex terris *Zach. XIII, 2.* (4) Nulla amplius peccata & delicta in orbe ſuperfutura, præcipue apud gentem Iſraeliticam *ex Deut. XXX, 6. Zeph. III, 13.* (5) Finitis Gogi & Magogi bellis, pacem fore & tranquillitatem per orbem univerſum, neque opus amplius habituros mortales armis. *Eſ. II, 4. Ez. XXXIX, 9. Hoſ. II, v, 18.* (6) Futuram in terra Iſraelis pacem inter beſtias, feras & animalia domeſtica, ne vel ſibi invicem, vel

ho-

hominibus damnum inferant *Eſ. XI, 6. c. LXV, 25.* (7) Nullas fore calamitates, quin potius longævam nos habituros vitam, acturosque ætatem feliciſſimam ex *Eſ. LXV, 16. 19. 20. 21.* (8) Reverſuram rurſus Divinitatem ad Iſraelitas, ceu olim penes eos fuerat, & genti Judaicæ largiter ſuppeditaturam donum Prophetiæ, ſapientiam ac ſcientiam ex *Ez. XXXVII, 26. c. XXXIX, 29. Joel. II, 28.* His prolixe enarratis concludit Judæus: *De quibus* (promiſſionibus) *conſtat, eas impletum iri tempore veri & expectati Meſſiæ; hactenus autem nodum fuerunt impleta: quare ex his omnibus pateſcit, nondum veniſſe Meſſiam verum & expectatum, cui illæ notæ indubitato conveniant & cujus ætate certo certius adimpletæ ſint promiſſiones illæ prænunciatæ. l. c. p. 41-52.* Quis inde non intelligit utriusque ſententiæ conformitatem? ut non videam, quo pacto ſuſpicionem Judaicarum opinionum effugiant, qui plane eandem cum Judæis tibiam inflant, & ultra pomœria Chriſtianæ doctrinæ concedunt. *Judæi & noſtri Semijudæi*, Hieronymus inquit, *qui auream & gemmatam de cœlo expectant Hieruſalem, hæc in mille annorum regno futura contendunt, quorum qui ſequitur errorem, ſub NOMINE CHRISTIANO JUDÆORUM SE SIMILEM CONFITETUR. Comm. in Eſ. L. XVII. c. LX. p. 105.* Ac tantum certe abeſt, ut, quod illi ſperant, Judæorum pertinaciam frangamus hac ſententia, ut magis provocemus, & mirum quantum ſtabiliamus. Prodierat ante annos haud ita multos P. Jurii Liber: *L'Accompliſſement des Propheties*, quo, cum easdem plane hypotheſes de Chiliaſtica felicitate inculcaret Auctor, & iis quidem oraculis probaret, quibus militare alioquin Judæi ſolent, imo nationem hanc blandiſſima allocutione ad concordiam fidei invitaret; Rabbini Am-

 ſtelo-

ſtelodamenſes, vel quicunque eorum nomine latuerint, edita Gallico idiomate Epiſtola, hoc ſcriptum excipiunt, & primo gratias agunt DEO exercituum, quod his temporibus præter ſpem excitaverit hominem e Secta Nazarenorum, qui argumentis haud ſpernendis ex Prophetiis oſtenderit, tempus ædificandæ Sionis & veri cultus divini imminere. Tum vero auſpicatam harmoniam (*heureuſe conformité, qui ſe rencontre entre vous & entre nous,*) magnopere deprædicant, nec quicquam huic felicitati deeſſe putant, quam ut auctor operis intrare Synagogam velit, & junctis adeo precibus adventum Meſſiæ tot ſeculis expectati accelerare. Denique concludunt: *Si itaque verum eſt, ceu unanimi nobiſcum conſenſu fateris, non eſſe niſi unicum tantum Meſſiæ regnum a Prophetis promiſſum; conſequitur certe, vel ideo Meſſiam non veniſſe, quod regnum ejusdem nondum veniſſe conſtat.* Idem fere de noſtro hoc Chiliaſmo, qui Jurianum e veſtigio ſequitur, judicat Dn. D. Calixtus: *Reliquum igitur eſt nihil, niſi hoc unum & ſolum, ut ab omnibus aliis deſerti, ad Synagogam, cujus cauſam ſtrenue agunt, ſe recipiant & circumcidantur. Iſtius videlicet cum Judæis participes facti ſigilli, eandem participaturi ſunt libertatem, qua gaudent hodie Judæi. In Tr. de Chiliaſmo haud pridem renato p. 29.* Ceterum vaticiniorum impletiones quod ſpectat, prolixior illa diſputatio eſt, quam ut exiguis hiſce cancellis includi poſſit. Primum enim cum Chriſto ipſo habent illi, quod diſceptent; Namque *neceſſe fuit impleri omnia, quæ ſcripta fuerant in Lege Moſis, in Prophetis & Pſalmis de illo,* ceu teſtatur ipſe *Luc. XXIV, 44.* Deinde cum toto Apoſtolorum & Præconum Evangelicorum choro debent ante paciſci, quorum inconcuſſum perſtat effatum: *de hoc omnes Pro-*

*phetæ teſtimonium ferunt. Act. X, 43. Quotquot enim ſunt Promiſſiones* DEI, *per ipſum ſunt etiam, & ipſum Amen. 2. Cor. I, 20.* Imo tum demum ad nos redituram hanc pugnam putamus, cum, Hieronymi, Juſtini, Theodoreti, Cyrilli aliorumque doctiſſimorum Patrum, quibus Judæos retuderunt, præſidia, infregerint dejecerintque. Hieronymus certe, quicquid ad explicandos Prophetas ingenii attulit, id eo fere pertinet univerſum, ut, quod in *priori populo fiebat carnaliter, in Eccleſia noſtra ſpiritualiter completum*, oſtendat, uti fatetur ipſe *Proœmio Lib. VI. in Jer. p. 158.* & alibi paſſim. *Omnia igitur ad adventum referenda ſunt Servatoris, quæ noſtro & fidei tempore videmus expleta.* ibid. *p. 164.* Hinc illud: *habitabit lupus cum agno, Eſ. XI.* quod uterque auctor nobis obvertit, ſic explicat: *Hæc quoque Judæi & noſtri Judaizantes juxta literam futura contendunt; ut in claritate Chriſti, quem putant in fine mundi eſſe venturum; omnes beſtiæ redigantur in manſuetudinem: & priſtina feritate depoſita, lupus & agnus paſcantur ſimul. Quos interrogare debemus, ſi omnia præſentis loci ſic accipiuntur, ut ſcripta ſunt: & nihil refertur ad intelligentiam ſpiritualem, juxta illud Apoſtoli, qui ait:* Benedictus DEUS Pater Domini noſtri JESU Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cœleſtibus in Chriſto: *ergo & radix & virga & flos non referantur ad ſenſum: terraque percuſſa verbo Dei, & interfectus impius ſpiritu labiorum ejus, ſic intelligantur, ut ſcripta ſunt, & docere cogantur, quomodo rebus incorporeis juſtitia & veritate renes Domini circumdentur. Sed & hoc eos interrogemus, quid dignum ſit Domini Majeſtate, ut lupus & agnus paſcantur ſimul, & pardus cum hœdo accubet, & leo paleas comedat & puer parvulus mittat manum ſuam in foramina aſpidum? niſi forte juxta fabulas*

*Poëtarum, aureum nobis Saturni ſeculum reſtituerit, in quo lupi & agni paſcentur ſimul, mulſo vino plena current flumina, & de foliis arborum ſtillabunt mella dulciſſima, lacteisque fontibus omnia complebuntur. Quod ſi reſponderint pro beatitudine temporum hæc futura, ut absque cujusquam noxa, homines bonis omnibus perfruantur, audiant a nobis, nihil eſſe bonum, niſi virtutem, & nihil malum, niſi vitium, dicente Pſalmiſta:* Quis eſt homo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos. Compeſce linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Declina à malo & fac bonum. *Divitiæ autem & ſanitas corporis, & rerum omnium abundantia: & his contrariæ, paupertas, infirmitas, & inopia: etiam apud Philoſophos Seculi, nec inter bona reputantur, nec inter mala: ſed appellantur indifferentia. Unde & Stoici qui noſtro dogmati in plerisque concordant, nihil appellant bonum, niſi ſolam honeſtatem, atque virtutem: nihil malum, niſi turpitudinem; Hæc breviter diximus, ut Judaizantes noſtros graviſſimo ſomno ſtertere convincamus. Cæterum juxta vivificantem Spiritum facilis intelligentia eſt. Lupus enim Paulus, qui primum perſequebatur & lacerabat Eccleſiam: de quo dictum eſt,* Benjamin lupus rapax, *habitavit cum Agno,* vel cum Anania, *a quo baptizatus eſt: vel Petro Apoſtolo, cui dictum eſt, Paſce Agnos meos, &c. Comm. in Eſ. c. XI. p. 25.* Solide hac de re Gerhardus diſſerit contra Auctorem *Reſolut. Apocalypſeos*, qui eadem propoſuerat ἐγκλήματα, adeoque ſic concludit: *Ergo non poteſt, nec debet tradi generalis ejusmodi regula, quod omnia Prophetarum vaticinia ſint ejusdem generis, & præter ſenſum myſticum eadem ratione habeant etiam ſenſum Hiſtorico literalem: ſed prudenter diſpiciendum, quo de Objecto, quo tempore, & quibus verbis Prophetæ vaticinati fuerint. Cum enim in Prophetis crebra fiat mentio Judæ, Iſraëlis,*

*lis, Hieroſolymæ, Sionis, Babylonis, inde quidam omnia Prophetarum vaticinia in ſenſu literali corporaliter, carnaliter & craſſe intelligunt, uti tumprimis faciunt Judæi & Judaizantet Interpretes; quidam omnia in ſenſu myſtico ſpiritualiter, parabolice & figurate intelligunt de Spirituali Juda, Iſraële, Hieroſolyma, Sione, Babylone. Neutrum ſimpliciter & abſolute probari poteſt, ſed media incedendum via, atque ex circumſtantiis textus, ex ſcopo cujusque loci, ex natura ipſius rei, & ex interpretatione N. T. ex collatione locorum parallelorum Propheticorum, prudenter & accurate conſiderandum, ubi Prophetæ in ſenſu literali de Juda, Iſraële, Hieroſolyma, Sione, Babylone corporali & externa loquantur, & ſub eodem typo de ſpirituali Juda, Iſraele, Hieroſolyma, Sione in N. T. ſecutura vaticinentur; viciſſim ubi in ſenſu literali, figuratis verbis expreſſo, tantum de antitypo* i. e. *de Spirituali Juda, Iſraële, Hieroſolyma loquantur, ita ut de Juda, Iſraële, Hieroſolyma, corporali & externa illa nec poſſint nec debeant intelligi. Quod enim non omnia Prophetarum vaticinia juxta literam & verbaliter (eo ſenſu quo Autor illud aſſerit) intelligenda ſint, probamus* (1) *ex Prophetica loqvendi proprietate & conditione, de qua duplicem annotamus regulam. Prior hæc eſt.* Prophetæ delectantur metaphoris, allegoriis & parabolicis phraſibus. *Poſterior regula hæc eſto:* Prophetæ verbis V. T. loquuntur de rebus N. T. adeoque beneficia Meſſiæ ſpiritualia & cœleſtia deſcribunt rebus corporalibus ac mundanis, & de cultu ſpirituali N. T. loquuntur verbis ex cultu legali V. T. deſumtis. (2) *Ex ipſorum vaticiniorum quorundam accurata conſideratione.* (3) *Ex Apoſtolica quorundam Propheticorum vaticiniorum expoſitione.* (4) *Ex deductione ad abſurdum.* (5) *Ex tacita ipſius Autoris confeſſione*, plura V. in ejus *Chiliaſmo p. 22 — 33.*

§. XVIII.

## §. XVIII.

Obſervatis itaque, & generatim detectis, quibus involutus videbatur hic Chiliaſmus; IX. tandem eo pergendum, ut, quantum fidei noſtræ fundamentum hæc doctrina impugnet ac deſtruat, breviter oſtendatur. Vel enim tacendum nobis prorſus eſt, vel quid ſentiamus, ingenue ediſſerendum. Statim autem in limine impingunt Diſſentientes, cum a Symbolo Apoſtolico, Niceno, & Athanaſiano, haud obſcure deflectunt. Hæc enim (α) non niſi unum Chriſti adventum adhuc reſiduum, qui judicio vivorum & mortuorum deſtinatus eſt, admittunt: Symb. Apoſt. *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos.* S. Nicen. *Et iterum venturus eſt in gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis.* S. Athan. *Inde venturus eſt judicare vivos & mortuos: ad cujus adventum omnes homines reſurgere habent cum corporibus ſuis & reddituri ſunt de factis propriis rationem. Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala, in ignem æternum. Hæc eſt fides catholica, quam niſi quisque fideliter firmiterque crediderit, ſalvus eſſe non poterit.* (β) Adventum hunc Chriſti cum univerſali ejus judicio connectunt, ut ex allegatis verbis patuit (γ) Reſurrectionem omnium hominum ſimultaneam adſtruunt. Univerſale enim judicium univerſalem reſurrectionem ſupponit. Diſerte illud Athanaſius exprimit, cum *omnium hominum reſurrectionem* cum adventu Chriſti conjungit. (δ) Denique Vitam mortemque æternam cum hoc adventu copulant, nec ſtatui intermedio locum relinquunt. Qui enim de factis ſuis in judicio rationem reddiderunt, vel vitam illi, vel ſupplicium æternum videbunt, ut concludit Athanaſius. Idem Aug. Confeſſio & Apologia repetunt:

tunt: *Chriſtus apparebit in conſummatione mundi ad judicandum, & mortuos omnes reſuſcitabit, piis & electis dabit vitam æternam & perpetua gaudia, impios autem homines ac diabolos condemnabit, ut ſine fine crucientur. Art. XVII. & Apologia p. 217.* Noſtri autem Diſſentientes in omnia alia abeunt, & (α) geminum adhuc Chriſti adventum ſibi promittunt, non tantum ultimum illum, quam maxime ſolennem, ſed intermedium adhuc & beati illius intervalli prænuncium. *conf. §. V. n. II. §. VII. n. VI.* (β) Judicium item geminum aſſerunt, alterum, quo Judæi pertinaces, & Anti-Chriſtus convincendi ſint, alterum vero, quod in extremo die revelandum reſtet. Vid. §. V. n. VI, VIII. *conf. plura* in der Warh. herꝛl. R. *p. 88. 89. 90.* It. §. VI. n. V. alibi ſummatim: Ohne das allgemeine letzte Gericht / werden zwey groſſe Haubt-Gerichte des N. T. in Heil. Schrifft erzehlet / deren das erſte den halßſtarrigen Jüden / das andere der verdorbenen Chriſtenheit / und ſonderlich dem Anti-Chriſtenthum beſtimmet iſt / und beyde abſonderlich dem HErꝛn Chriſto zugeſchrieben werden / -- welcher beyden Haubt-Gerichte Erkäntnüß ein groſſes Licht in die Schrifft geben kan. Hofnung B. Z. *p. 52. conf. p. 31. p. 108. 114. 115. 175. ſeq.* (γ) Reſurrectionem quoque geminam ſtatuunt, alteram piorum & Martyrum, ipſos mille annos anteceſſuram, alteram impiorum, quæ finito hoc tempore ſucceſſura ſit. Prior hypotheſis id docet aperte §. V. n. IX. poſterior paulo tectius §. *VII. n. VII. & n. II.* (δ) Inter ultimum Chriſti adventum & ſeculi conſummationem, aureum quoddam ſeculum interponunt, & προνίκιον προάγειον, einen Vor-Triumpff auf Erden / ſibi

pollicentur. Vid. *§. V. n. XI. §. VII. n. I. ſeq.* Speciatim vero Auguſtanæ Confeſſionis anathema illos ferit his verbis: *damnant & alios, qui nunc ſpargunt Judaicas opiniones, quod ante reſurrectionem mortuorum, pii regnum mundi occupaturi ſint, ubique oppreſſis impiis. Art. XVII.* Nam (α) Judaica opinio eſt, quam vovent, iisdem argumentis quibus utuntur illi, ſuffulta, ceu §. XVII. patuit. (β) Sparſa in vulgus, & per Eccleſiam, hactenus non ſine plurimorum offendiculo diſſeminata fuit. (γ) Iidem piis regnum mundi, ſive ante, ſive poſt reſurrectionem mortuorum concedunt. Die auferſtandenen Heiligen werden nach vorhergehender Vertilgung ihrer Feinde das Reich antreten / §. V. n. IV. paulo mitius illud: Den HErrn liebende Regenten werden ihre Herrligkeit in daſſelbe (Reich) bringen / -- in das Reich / des heiligen Volcks / ſo noch auf Erden iſt / -- und auch ein Reich unter dem gantzen Himmel iſt. Hofnung B. Z. *p. 163. 164. 165.* Ergo, quod piis promittitur, haud dubie regnum mundi eſt. (δ) quin & cum oppreſſione impiorum, & Anti-Chriſti aliorumque hoſtium, regnum hoc inchoatum iri diſerte affirmant. Vid. §. V. n. IV. V. VI. §. VII. n. V. Nec quicquam juvat exceptio: damnari a Confeſſoribus tantum Chiliaſmum Judaicum & Craſſum, non æque Subtilem; nam idem diſcrimen in Judæorum ſcholis traditum fuiſſe, adeoque Subtilem quoque Chiliaſmum opinionem Judaicam eſſe, ſolide oſtendit Dn. D. Carpzovius in *Progr. Paſch. A. 1691. eod.* Inane quoque effugium eſt, cum pertendunt, molitiones & conatus Anabaptiſtarum, & complicum tantum ſtringi, a quibus Proceribus & Magi-

ſtratui

ſtratui male metuendum fuerit. Quod ſi concedamus, crediderim & hos ferire Confeſſionem, qui formam hodiernæ Monarchiæ Tyrannicam vocant, & quod in Politicis me legiſſe non memini, θηριώδη, ſeu beſtialem; ſpemque ſuis faciunt de abolenda hac forma penitusque conterenda & impiis poteſtatibus extirpandis. Vid. §. *V. n. V.* §. *VII. n. VIII. IX.* Hæc enim doctrina, num citra ſummi Magiſtratus offenſam proponi poſſit, judicent cordatiores. Interim non eſt cujusvis, vel pro ſuo arbitrio Symbolis induere ſententiam, vel juramenti formulam, ad ſingularem quendam novumque ſenſum reſtringere. Nam *Interpretatio Symboli non permittitur* τῇ ἰδίᾳ ἐπιλύσει *ſubſcribentis, ſed ſubſcriptio fieri debet juxta mentem proponentis & exigentis ſubſcriptionem & nativum Symboli ſenſum*, ut invictus Heros, B. Calovius noſter docet *Exeg. Aug. Conf. c. I. §. 22.* *Quare non video, quo effugio ſemet Aug. Confeſſionis anathemati ſubducere valeant*, colligo verbis Dn. D. Fechtii *in Diſſ. de Chil. ſubtili* §. *20.* *Conf.* Ven. Senior. Dn. D. Deutſchmanni *Exeg. Aug. Conf. p. 166.*

## §. XIX.

Imo ſi per pleroſque fidei articulos ducamus hunc Chiliaſmum; tum, quantum detrahat Analogiæ fidei ex apertiſſimis Scripturæ teſtimoniis aſſertæ, illico deprehendemus. I. Ille pugnat cum *S. Scriptura*. Aliam credendi normam & Regulam hactenus Eccleſia non agnovit, niſi Canonicos V. & N. Teſt. libros, ex *Eſ. VIII, 20. Pſal. CXIX, 105. Gal. VI, 16. Heb. I, 2. Gal. I, 8.* At per priorem hypotheſin, viſiones & revelationes hodie adjunguntur canoni noſtro, vel potius eidem præferuntur. Eandem Scripturam in rebus ad ſa-

lutem creditu neceſſariis, dilucidam perſpicuamque eſſe, docemur ex *Pſal. XIX, 9. Pſal. CXIX, 105. 2. Petr. I, 19. 2. Tim. III, 16.* &c. At promiſſiones divinas de rebus ſalutem noſtram concernentibus, hactenus nec intellectas, ſed velut ſigillo opertas fuiſſe, nec niſi paucisſimis lucem veritatis vivam obtigiſſe, poſterior hypotheſis §. VII. n. III. tradit.

§. XX.

Convellit hoc dogma II. Articulum *de Peccato & primi hominis Lapſu.* Protoplaſtos enim præcipiti illo miſerabilique caſu calamitatem in his terris perpetuam ſibi poſteriſque ſuis attraxiſſe, ſacræ literæ teſtantur. *Dixit* DEUS *mulieri: multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos; in dolore paries filios & ſub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi. Adæ vero dixit: maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi & comedes herbam terræ: in ſudore vultus tui veſceris pane, donec revertaris in terram de qua ſumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Et ejecit eum Dominus e Paradiſo voluptatis* &c. *Gen. III, 16. 17. 18. 19. 23. 24.* Concinit Jobus: *Nonne conditio ſervilis homini eſt ſuper terra, & ſicut dies, mercenarii dies ejus ſunt c. VII, 1. Quoad vivet, caro ejus dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit, Job. XIV, 22. conf. Pſalmos, & librum Eccleſiaſtæ integrum.* At vero Diſſentientes noſtri florentiſſimum vitæ ſtatum, cædes & vindictam hoſtium, ampliſſimum regnum, victorias & triumphos, perrennemque & refertiſſimam in his terris felicitatem ſibi promittunt; imo reparationem Paradiſi: Du wirſt alles neu machen / ein jegliches aus ſeinem eignen Saamen / der auch aus dir gefloſſen / als du die unſichtbaren Dinge ſichtbar gemacht / und wirſt ſie auch zu

deiner

deiner Zeit aus der vergänglichen Geſtalt wieder heraus füh-
ren zu der neuen erſten Geſtalt / die ſie von dir in deinem Paradieß vor dem Fall gezeiget haben/ Glaub. Geſpräch/ *p. 884.* Peccatum Originale poſt Lapſum Adæ in omnes omnino homines naturaliter propagari, & in hujus vitæ ſtatu ne a ſanctis & regenitis quidem extingui poſſe, orthodoxa veritas eſt, ex *Gen. VI, 5. VII, 21. Job. XIV, 4. Pſal. LI, 7. Eſ. XLVIII, 8. Rom. V, 14. Rom. VII, 17. Ebr. XII, 1. Eph. II, 2.* aſſerta: at tamen in his terris eo ſanctitatis pervenire homines poſſe prior hypotheſis adſtruit, ut ἰσάγγελοι ſint, & ſanctitatem adeo habeant conſummatam, Vid. *§. VI. & §. V, X.* Sine commiſſione ullius peccati actualis neminem hominum vitam traducere poſſe docemus: *Non enim eſt homo qui non* (actu) *peccet, 1. Reg. VIII, 46.* Et *ſi dixerimus, quod peccatum non habeamus, nos ipſos decipimus, & veritas in nobis nulla eſt, 1. Joh. I, 8. 10.* Unde Paulus etſi regenitus de ſe ipſo: *Quod volo bonum hoc non ago, ſed quod nolo malum, hoc ago Rom. VII, 15. 16. ad 23. Impoſſibile enim eſt ut Lex ſervetur, Rom. VIII, 3.* At contra militat utraque hypotheſis, altera quod homines in his terris reddit conſummatæ ſanctitatis & Iſangelos, Deique ſpectatores, *§. V. n. IX. X. XI. §. VI.* altera ideo, quod omnem injuſtitiam (πᾶσα autem ἀδικία ἁμαρτία ἐστι, *1. Joh. V, 17.*) & impietatem ſublatam e feliciori hoc Eccleſiæ ſtatu, cupit *Vid. §. VII. n. IX. XIII.* Succurrit illud Hieronymi: *Sine peccato perpetuo eſſe, divinæ ſolum eſt poteſtatis, itaque aut da exemplum, qui absque peccato fuerint in perpetuum; aut ſi dare non potes, confitere imbecillitatem tuam, & noli ponere in cœlum os tuum, ut per ESSE, & ESSE POSSE ſtultorum illudas auribus. Quis enim tibi concedet, poſſe hominem facere, quod nullus unquam hominum potuerit? aut ſi unquam*

*quam hominum potuerit? aut ſi nunquam factum eſt, fieri non poſſe concede, L. I. Dialog. adv. Pelag. p. 119.*

§. XXI.

Hinc III. Articulum *de Juſtificatione* ſic ſtringit hoc dogma: Deus Juſtificat impium & peccatorem, non hominem juſtum & virtutibus ornatum angelicis: *Rom. IV, 5.* Ita juſtum pronunciabat Publicanum, cum tantum peccator eſſet, & ad gratiam Dei ſe reciperet, *Luc. XVIII, 14.* peccatricem inſignem, peccata ſua deflentem, *Luc. VII, 38.* Latronem in cruce, unice ad gratiam Chriſti ſe recipientem, *Luc. XXIII, 42.* Sed cum non niſi Iſangeli & homines conſummatæ ſanctitatis deinceps futuri ſint, quem Deus amplius juſtificabit? cum feliciori Eccleſiæ tempore omnis injuſtitia & impietas exulare plane debeat, quomodo injuſtum & impium a peccatis abſolvet? Rurſum: *Chriſtus nobis hoſtia factus non tantum pro culpa originis, ſed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis,* ut loquitur. Aug. Conf. *Art. III.* Sed iis Chriſtus quid proderit? qui ſua confiſi ſanctitate, morbum non agnoſcunt; *qui propriam juſtitiam quærunt ſtabilire, eam vero, quæ per fidem eſt Chriſti, non habent, Rom. X, 2. Phil. III, 9.* Item: Chriſtus ſe dedit in redemptionem pro omnibus, *1. Tim. II, 6.* pro totius mundi peccatis, *1. Joh. II, 2.* Sed minimum Chiliaſtica multitudo ab hoc numero excipietur, cum non niſi ex Iſangelis conſtitura ſit, & procul injuſtitia & impietate vitam traductura.

§. XXII.

IV. *Ex lege* non amplius agnoſcent peccatum, nec de admiſſis dolebunt, imo ne pro peccatorum quidem remiſſione Deum implorare tenebuntur; Non poſſunt dicere: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos*

*nos dimittimus debitoribus noſtris: ſed in hoc noſtro M. annorum regno, Dominica oratio manca & quinta petitione truncata fidelibus ſufficiet*; ut argute colligit Dn. D. Majerus *in Chiliaſmo Profligato p. 31.* V. *Clave ligante & ſolvente* ecquid opus fuerit? cum a ſanctis regni incolis injuſtitia & impietas longius ſit abſutura.

§. XXIII.

VI. Doctrinam *de Regno Chriſti* adeo turbat & diruit utraque aſſertio, ut tantum non evertiſſe videatur. Regnum Chriſti *non diſſipat politiam aut œconomiam, ſed maxime poſtulat conſervare*, ut Aug. Confeſſio loquitur *Art. XVI.* conf. inprimis *Apol. p. 215.* At novum hoc regnum aliter comparatum eſt: Es muß ein Reich ſeyn/ welches das vierdte Reich zerſchmettert. *§. V. n. V. §. VII. n. VII. IX. X.* Regnum Chriſti eſt ſpirituale, i. e. ut Apologia explicat, *p. 215. in corde notitiam DEI, timorem DEI fidem, juſtitiam & vitam æternam inchoans.* conf. *Joh. XVIII, 36. Rom. XIV, 17.* Sed hoc ſpirituale non eſt, ut diſerte affirmatur, *§. VII. n. X.* Illud regnum *non venit cum obſervatione*, ſive ſplendore externo, *ſed intra nos eſt, Luc. XVII, 20. 21. Pſ. XLV, 8. in cordibus fidelium per fidem, Eph. III, 17.* at hoc regnum maximum Eccleſiæ fulgorem promittit, eine offenbahre kenntliche/ und in aller Welt Augen leuchtende Herrligkeit/ Hofnung B. 3 *p. 171.* Illud certe regnum æternum erit, nec ullo temporum intervallo finiendum, *Luc. I, 33. Dan. VII, 14.* at hoc regnum temporarium ſaltem erit, & magna hominum ſecuritate intercipietur. Es iſt ein Reich das nicht in der Ewigkeit/ ſondern in der Zeit und auf Erden zu ſuchen iſt/ - das ſich mit der Verſetzung in das Reich der Herrligkeit endigen wird. Vid. *§. VIII.* Iſtud vero a Judæo potius, quam Chriſtiano expectari poterat: Bey dem Gericht vor den tauſend Jahren empfänget Chriſtus erſtlich das Reich. Warh. herrl. R. *p. 90.*

XXIV.

## XXIV.

Nec minus VII. Articulus *de Eccleſia* vim patitur. Jam olim contra Anabaptiſtas evictum: Eccleſiam in his terris non eſſe perfecte ſanctam, aut prorſus omnis labis expertem, idq; ex imperfecta hominis renovatione potiſſimum efficitur, *Gal. V, 24. Rom. VII, 14. I. Cor. XIII, 9. &c.* At noſtri aliquem in terris cœtum expoſcunt, qui cum cœlitibus Angelisq; paria faciat, ſimillimumq; conſortium conſtituat. *§. V. n. XI. conf. §. VII, n. II.* Similiter: *Confitemur* cum Apologia A. C. *quod hypocritæ & mali admixti ſint Eccleſiæ in hac vita: p. 144. & p. 155. Sicut enim habet Eccleſia promiſſionem, quod ſemper ſit habitura Spiritum S. ita habet comminationes, quod ſint futuri impii Doctores & lupi, l. c. p. 148.* idqve ex Scripturis latiſſime doceri poteſt. Sed & huic aſſerto refragantur, dum non tantum nõ impietati, ſed ne ulli quidem Sectæ aut hæreſi locum ſuperfuturum docent. Iterum: Eccleſiam agnoſcimus aliam ſub vexillo crucis militantem, aliam triumphantem in cœlis, *Heb. XII, 22. 23. c. XIII, 14. Gal. IV, 26.* Sed & hanc diſtinctionem convellunt, qui beatis juxta & mortalibus unam eandemq; in terris civitatem aſſignant, & triumphum in hoc mundo velut prodromum futuri expectant. *Vid. l. c.*

## XXV.

Itaqve IIX. utiliſſima quoque doctrina *de Cruce & Calamitate* corruit, ac concidit plane. Verba Servatoris ſunt, non ad unum alterumque hominem, ſed univerſum genus humanum pronunciata: *Qui non accipit crucem ſuam ac ſequitur me, non eſt me dignus, Matth. X, 38. Dicebat autem ad omnes: Si quis vult ad me venire, abneget ſeipſum & tollat crucem ſuam QVOTIDIE, & ſequatur me, Luc. IX, 23. Conf. Marc. VIII, 34. Matth. XVI, 24.* Cum proinde

inde perpetua in terris Halcyonia promittant Diſſentientes, & crucem velut indignum Chriſtiano jugum excutiant, hoc ipſo ſectatoris Chriſti pulcerrimo nomine ſe privant. Parum abeſt, qvin ex ultimis Chriſti verbis argumentum nectam: *In mundo afflictionem habebitis, inquit Joh. XVI, 33.* Qvicunqve ergo vivent in hoc mundo, illi *afflictionem habebunt*, A. Iſangeli per integrum millennium vivent in hoc mundo, E. Iſangeli per integrum millennium *afflictionem habebunt*: id quod priorem maxime hypotheſin ſtringit. Obſervetur igitur, quod Chriſtus adjicit: *hæc locutus ſum vobis, ut in me pacem habeatis*, (non in mundo) *l. c.*

§. XXVI.

IX. *Magiſtratum* etiam infidelem & Tyrannicum Dei ordinationem eſſe, qua poteſtas ſupereminens eſt, nec eidem obſequii & reverentiæ gloriam a Chriſtiano detrectandam, adverſus Anabaptiſtas oſtenſum eſt pridem. *ex Rom. XIII, 1. Jer. XVII, 7. 11. 27. c. XXIX, 7. 1. Petr. II, 12. 13. 1. Tim. II, 1. 2.* Nunc vero docemur, cum regno Chriſti conſiſtere non poſſe poteſtatem Tyrannicam, ſed in hujus locum demum illud ſucceſſurum, §. *VII. n. IX.* Quartam Monarchiam, ſub qua degimus, ultimam fore, nec niſi cum conſummatione Seculi deſtruendam ex Danielis vaticinio probant noſtrates; Vid. Calov. Bibl. Illuſtr. *in Dan. II. p. 596. 599.* At nunc, quæſita cum adverſariis ψευδοερμηνείᾳ, convellendum hoc imperium, & plane delendum eſſe, præſagiunt Diſſentientes; ſaltem, ut Civitatem quandam Platonicam nobis delineent; ne quid amplius dicamus.

§. XXVII.

Quo progredior longius, eo ſe mihi objiciunt plura, ut, ubi ſubſiſtendum ſit, propemodum non inveniam. Actum enim in hoc regno de *mediis ſalutis*

fore plane perſvadeor. Certe X. *Baptiſmi* ulterior uſus non comparet. Cùm enim prima gratiæ porta ſit, qva in Eccleſiam velut regnum DEI intromittimur, & æternæ vitæ ſcribimur hæredes; nihil ejus indigebunt, qui glorificati jam in terris ſunt, Angelisqve ſimiles, per hypotheſin priorem. Nec XI. *Cœna Dominica* ſupererit apud hujus regni cives, Iſangelos: quippe quod tantum perdurabit illa, donec advenerit Dominus *1. Cor. XI, 26.* In hoc autem regno jam creditur rediiſſe. XII. Per *Fidem ambulamus*, quoad in his terris ſumus, *non per ſpectaculum, 2. Cor. V, 7. conf. Rom. VIII, 23. 24. 1. Cor. XIII, 12. 1. Joh. III, 2.* Sed per hypotheſin priorem ipſa quoque fides in his terris ceſſabit, *cum* DEI *faciem ſpectaturi ſint ſancti in his terris ex §. VI.* Vereor etiam ne XIII. ipſummet *DEI Verbum*, quo ſalvamur, in beato hoc ſeculo tranſiturum ſit; nec quicquam adeo inter caduca & æterna ſtatuatur diſcriminis, cœlumque cum terra confundatur.

## §. XXVIII.

Inprimis autem XIV. *Articulos de Noviſſimis* fere omnes evertit ac deſtruit hic Chiliaſmus. Hactenus unicum Chriſti adventum, viſibilem quidem illum & glorioſum expectavimus, his Pauli verbis innixi: *Obteſtor te coram Deo & Domino Jeſu Chriſto, qui judicaturus eſt vivos & mortuos in apparitione ſua. 2. Tim. IV, 1.* Item: *Veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cœlum, Act. I, 11. Cum autem venerit Filius hominis in gloria ſua & omnes ſancti Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem gloriæ ſuæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, &c. Matth. XXV, 32.* Aſt non acquieſcunt limpidiſſimis hiſce doctrinis Novatores, ſed velut majori quodam Numinis afflatu incitati, alia detegere & arcana cœleſtia revelare

con-

contendunt; imo cujus ſcientiam ne Filius hominis quidem in diebus carnis ſibi vendicare volebat, illi ceu exploratam tradunt, & ducto nonnunquam calculo, deſignant. Multum certe illuminatis quibusdam tribuit noſter: Ich wil nicht zweifeln / je näher die Zeit iſt / (interitus Babelis) je mehr werde der HErr Licht geben / daß einige ſolche Zeit genau finden werden. Hofn. B. Z p. 348. Ceterum, quid apertius proponit S. Scriptura, quam ſimultaneam piorum juxta & impiorum reſurrectionem? *Venit hora*, inquit Chriſtus, non jam veniſſe vult, ut de Spirituali reſurrectione v. 25. *venit & nunc jam eſt*; ſed veniet æque certo, ac ſi in præſenti adeſſet, *venit hora, in qua OMNES, QVI IN MONUMENTIS ſunt, audient vocem ejus & prodibunt, qui bona fecerunt in reſurrectionem vitæ, qui vero male egerunt, in reſurrectionem condemnationis, Joh. V, 28. Nos OMNES oportet manifeſtari coram tribunali Chriſti*, (procul dubio & inter hos impii fuerant) *ut unusquisque reportet ea, quæ geſſit per corpus, ſive bona, ſive mala, 2. Cor. V, 10.* Et tamen particulari & antecedanea reſurrectione pios, finitis vero mille annis, impios demum prodituros affirmare non dubitant. Hactenus pro fidei noſtræ ſimplicitate credidimus: in altera demum vita Martyribus ac piis præmia ſua diſtributum iri: Chriſto ſic docente: *gaudete, & exultate, quoniam merces veſtra copioſa in cœlis, Matth. V, 12.* Apoſtolus certe illic *repoſitam ſibi juſtitiæ coronam*, ſciebat, *2. Tim. IV, 8.* Nunc vero hæc omnia in terris expectanda ſunt: Es wird in dieſen tauſend Jahren denjenigen / die dort vieles gelitten hatten / alles ihr Leiden vergolten / Hofnung B. Z *p. 179.* Longe fuerant plura; quibus tamen diſcutiendis præclaram jam pridem operam impenderunt *Dn. D. Pfeifferus*, & *Dn. L. Simon*, in illis Vindiciis, quas allegato libello oppoſuerunt.

§. XXIX.

§. XXIX.

Quantas in diſciplina Eccleſiæ concitatura ſit turbas hæc opinio; id facili quisque conjectura aſſequitur. Nam geminum Chriſti adventum ante Ferias Natalium Chriſti commemorat Eccleſia; quod officium ſacrum orthodoxæ Antiquitati merito acceptum refertur. Poſthinc autem intermedius quidam adventus Chriſti celebrandus fuerit, & ex certa Evangelii pericopa, explicandus. Deinde, ſi hujusmodi triumphus & felicior ſtatus expectandus eſt in terris; erroris argui poterit Eccleſia noſtra, quæ ſingulis diebis ſacris ſonora voce ſic fidem ſuam teſtatur: **Nach dieſem Elend iſt bereit uns ein Leben in Ewigkeit/ Amen.** Imo tollendæ ſunt omnes cantilenæ, quæ de calamitate & cruce, de Morte & Judicio extremo agunt & magnam Solatii noſtri partem abſolvunt. Sic falleret ex illorum judicio cantilena: **Du wirſt meinen Leib ohn alle Klag/ das weiß ich gewiß am jüngſten Tag zum Leben auferwecken.** Nec non illa: **Es iſt gewißlich an der Zeit.** Item; **GOtt hat das Evangelium/**&c. In iis enim Analogia fidei noſtræ expreſſa ſolide eſt; & futura tempora indies pejora prænunciantur. Denique in vitam, quantum redundet periculi, breviter explicari haud poteſt. Sane doctrina de Noviſſimis illa eſt, quæ afflictis affere ſolatium, impiis vero incutere terrorem poteſt. Quam proinde ſi novis ingenii commentis enervemus, & diem extremum, non niſi poſt tot dubios incertosq; rerum eventus collocemus, id vel unum ſufficiat, quo Chriſtiana Religio dirui, & proſterni penitus queat. Nobis hæc Catechetica Lutheri doctrina firmiter hærebit: *Deus nos omnes in extremo die a morte ſuſcitabit, ac mihi & omnibus in Chriſtum credentibus vitam æternam dabit; HOC CERTISSIME VERUM EST!*

S. D. G.

Coll. diss. A 30, misc. 52